

COMEN-

TARIVS BREVIS

RERVM IN ORBE GESTARVM,
ab anno Salutis millesimo quingente-
simo, usq; ad annum LXVI. ex optimis
quibusq; scriptoribus congestus per
F. Laurentium Surium
Carthusianum.

Cum Indice copioso.

R



Bayer. Staats-
Bibliothek
München

COLONIAE,

Apud heredes Iohannis Quentel ex Germanum
Calenzum, Anno M. D. LXVI.

Cum priuilegio Imperiali in decennium,

336 fol. m. 248. b.

& refractarios se præbuissent. Qui tamen arte quam
dam ad pugnam prouocati, incredibili & effera præ-
mùm in Gallos audacia irtumpentes, magnam nō
absque suorum clade stragem ediderunt, sed altera
Mediolani
axe deditus
Gallo.
luce vici à Gallis, Mediolanum se receperunt: vnde
tamen paulopqst excedentes, Maximilianum Sfor-
ciam ducem magno eius dolore hostibus obie-
runt, qui penè mentis inops, arcem inexpugnabilem
seque sub certis conditionibus Gallo dedit, cui
ea victoria multo sanguine stetit.

Hoc anno Lusitanæ rex Emmanuel Vlysbonæ
Pugna Ele-
phantis &
Rhinocer-
otis.
edidit insigne spectaculum Elephanti cum Rhinocerote certantis. Est utrumque animal immani corporis vastitate, sed longiora crura sunt. Elephanto. Naturale autem illis inest odium alterius in alterum, idque propter meliora pascua, ut quidam scribunt, quæ sibi inuicem præripere nituntur. Rhinoceros, teste Pausania, duo habet cornua, alterum in signi magnitudine de naribus extans, alterum quod superne erumpit, exiguum quidē, sed validissimum. Fuit eiusmodi bestia viua allata regi Portugallie Emmanueli anno 1513. ex India, colore buxeo siue vermiculato, testis clypeatis testa, omniq[ue] ex parte armata. Cùm autem certamen initurus est Rhinoceros cum Elephanto, cui genitus est hostis, vt inquit Plinius, cornu ad saxa limato, aluum maxime petit, quam scit suis iætibus peruiam esse. Porro Elephas dentibus maximis & fortissimis cutem Rhinocerotis, quantumlibet durâ & vix iaculo peruiam, validissimo iætu lacerat, dentibusque dilaniat.

Rhinocer-
os.
Elephas
proximè ad
es.
cedit ad sen-
te admiratione dignum, quod est illi patrij sermo-
nis intellectus, officiorumque memoria, nec ullum
aliud

In eo certamine, quod hoc anno, vt diximus, Vlysbonæ fuit, Elephas succubuit. Est hoc in Elephas admiratione dignum, quod est illi patrij sermonis intellectus, officiorumque memoria, nec ullum aliud

aliud animal humanis sensibus propriis accedit. Et quāvis sit immani corporis mole, & inter terrestres bestias facile maximus, tamen usque adeo ab homine domari se patitur, ut in India, ubi frequentes admodum sunt, aratum trahere, & necessaria quæque ex rure domum vehere non recusat. Laudetur Deus in creaturis suis, & eius erga homines immensus amor, quem nobis tam varia diuersissimarum creaturarum in hominū usum conditorū ministeria aperi-
tissime loquuntur, puocet nos ad illū redemandū.

Eodem anno morte oppetit Philippus ab Oberstaen Archiepiscopus Coloniensis, vir sanè longiori vita dignus, in cuius locū suffectus est Hermannus Oberstaen à Vueda, qui tandem versutissimorum quorundam nūs mori-
hæreticorum astu & fraude, à Catholica fide in ex-
rorum traductus, loco motus est, ut alibi dicemus.

Fuerunt hoc anno tota Europa magnę aqua-
rū inundationes, quę etiā arbores & domos euer-
tentur. In Heluetijs quoddam flumen, quod anno
1513. ex monte quodā eruperat, hoc anno cùm iam
inflas maris excrevisset, tantum terror attulit eius
loci incolis, ut ad montium cacumina confugerint:
& paulò post summa vi & maximo impetu illa vn-
darum congeries fractis rupibus, & obuijs quibusq;
obruti, in vastum mare sese cuoluit.

Hac tempestate Selymus Turcarum Imperator,
olim mira celeritate & diligentia copias in Ar-
menia superiori æstate nō parum attritas & accisas,
repulit, ad Ismaélē Persarum regē cotendit. Prius
tamē quam in Armenia interiorē recipere, expu-
gnandū sibi sumpsit Aladolū, rauri & Antitauri re-
gē, à quo se meminerat ē Perside discedentē paulò Gētes Tām
antē summā fraudē insignes clades accepisse. Gen-ri & Anta-
cas, quib; imperat Aladol, bellicose in primis & nu-
mero

XLIX COMMENTARIUS BREVIS RE RVM

mero amplissimæ feruntur, sed agrestes sunt atq; efferae, & magna parte venationibus ac latrociniis deditæ. Orte dicuntur ex Galatis, Cappadociib; Armenijs, veteribusq; minoris Asiæ colonis, qui post assiduas bellorum iniurias superioribus feceris, & maxime cum Tamerlanes Scytha horrendus in modum Orientem populabundus peruersit, a hæc montosa tanquam pacata fæse loca contulere aliquot primò ligneis pagis, mox quibusdam illustribus oppidulis constructis. Itaque Selymus toti viribus adortus Aladolum, non absque magna suorum strage eum in fugam compulit, sed nequedam parta hac ratione victoria, eius præfectum Saxouaroglem nomine, magnis pollicitationibus corrupit, qui, cum alioqui infesto in Aladolum esset animo, cum magna equitatùs parte ad Selymum perfugit, & non multò post captum Aladolum ad Selymum perduxit, qui eum necari insit, omnemque eius ditionem in prouinciaz formam redactam, sibi subiugauit. Indè perlata ad eum fama, quod Pannónij in eius ditionem quandam irrupissent, Byzantium cum paucis redijt, & magno constato exercitu, Pannónios duplici incursione citò repressit. Ita ille immanis Tyrannus tam facile & in Asia & in Europa diuersissimis locis præsentem se exhibuit, utrobiusq; ex hostib; vicit. Habet Christiani in Turca Nabuchodonosor suum, qui illorum ceruicibus plusquam ferreum rugum imponat.

Per id tempus conuetitus aliquot insignium regum habitus est Vienne, putat Maximiliani Cæsar, Vladislai Hungariæ ac Boemiaz, & Sigismundi Poloniæ regum, qui terruit quidem nonnihil Selymu, quod rumor esset contra ipsum illos reges armis sumptuosissimis: sed ubi coperit alia filie tractata esse; eo metu

Selymus
profugit
Aladolum.

Conuentus
regum Vis
conti.

metu sollem ad Orientem animum adiecit, reliquis
nihilominus in Europa firmissimis praedijs cura
Selimano filio suo. Causa huius conuentus hec fuit.
Maximilianus Cesar vnicam Vladislai Pannonicę res-
gas filiam Annam volebat alteri ex nepotibus suis,
filii Philippi Hispaniarum regis desponderi: porro
ad eiusdem Annae nuptias non minus adspirabat Io-
hannes Zapolitanus, filius Stephani Scepusiensis co-
mitis, cui et in re maximas ferebat suppetias mater
eius videlicet conciliato sibi proceru fauore. Vladislauſ
rex proprieſus videbatur in Maximilianum: sed cum
nihil offici posset ob studia eorum, qui Iohanni fa-
uerat, Maximilianus Hungariam armis tentandam
puerit. Sub ipso armorum strepitu nascitur Vla-
dislao Ludovicus: itaque venit ad inducias, atque
inde ad certiorem pacem, quae mirè firmata est &
aucta, dum Maximiliani rogatu Vladislauſ cum fi-
lio iam coronato, & filia, atque Sigismundo Polo-
niz rege Viennam se cotulerunt, ubi cum Anna fa-
da sunt sponsalia, & simultates ac suspicioneſ omnes
extinſi, & principes isti perpetuo foedere sunt co-
iuncti, atque arctissima inter Maximilianum & Si-
gismundum amicitia conflata. Annam postea duxit
Ferdinandus Maximiliani ex Philippo nepos, Chri-
stianissimus Imperator.

Anno 1516, cum ingenti exercitu Selymus Perſa- *Selymus*
non regé inuafurus, in ipso belli apparatu intellexit oppugnat
Caponem Aegypti Sulthanum magnis contra- *Aegypti*
& copijs stare ab Ismaële Persarum rege, & nulla Sulthanū.
ratione paſſurū, vt Perſas bello appetat. Id quidem
coheret non nihil Selymū, & conatus est Sultha-
num numeribus in suas partes trahere, sed frustra.
Ita hanc sibi modis omnibus oppugnandum sta-
tua, atq; hac in re misericordē illi fortuna arrisit, ita ut
admo-